



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ludolphi, rectoris ecclesiae parochialis in Suchem, De
itinere terrae sanctae liber**

Ludolphus <Suchensis>

Stuttgart, 1851

VIII. De periculo Grup

urn:nbn:de:hbz:466:1-9333

taliae ¹ navigavimus, dormientibus nautis, idem gulph navem cum omnibus velis violenter per latus in mare proiecit et omnibus velis madefactis navis per longum spatium quasi supra latus cucurrit. Itaque si navis palmam plus ad latus declinasset, omnes fuisset submersi. Sed omnes funes et chordas velorum scindimus quousque navis se modicum erexit et sic per dei gratiam id maximum tunc evasimus periculum.

VIII. DE PERICULO GRUP.

Item alia sunt in mari pericula navigiis etiam ex vento in naturali ² provenientia, quem ventum innaturalem nautae grup appellant, qui ex reverberationibus duorum ventorum provenit; sed ipsum nautæ venientem bene conspiciunt. Tamen ex eo etiam in exeundo passus sum pericula. Item alia sunt in mari pericula de piratis seu cursariis, qui navem ut castrum solent oppugnare. Sed illa pericula, postquam civitas ianuensis ³ sibi elegit et praefecit ducem, sunt multum sedata.

IX. DE PERICULIS SICCARUM.

Item alia in mari sunt pericula, quæ nautæ siccas ⁴ appellant. De quibus est sciendum quod mare in omni loco suo non est æque profundum. Nam in mari sunt montes et rupes, herbæ et huiusmodi viridia sicut super terram, atque illi montes et rupes in aliquibus locis sunt altiores, in aliquibus demissiores. In aliquibus locis rupes et montes vix palmum vel ulnam aquis sunt coopertae, et ideo versus meridiem iuxta Barbariam nullus ausus est navigare. Nam ibidem sub aqua multæ rupes et siccae reperiuntur. Et ista pericula in mari sunt multum timenda. Etiam quod herbæ et viridia crescant in mari, in tempestatibus patet; nam tunc diversæ herbæ reperiuntur in littore proiectæ, etiam coralli, cuius ramusculi fœtidi de fundo maris eiiciuntur et postea a magistris po-

1. Stadt in Kleinasien, das alte Attaleia in Pamphylien. Falsch B Saradiæ, CFM Sardiniae. — 2. naturali B. mirabili CFM. Das Wort grup ist italienisch: gruppo di vento, ein Wirbelwind. — 3. Die Republik Genua. — 4. Italienisch la secca, die Sandbank.